autem cum hec diceret: extol-
lens vocem q̄dam mulier de
turba dixit illi. Beatus ven-
ter qui te portauit: et vbera q̄
ſuxiſti. At ille dixit. Quinim
mo. beati qui audiunt verbū
dei: et cuſtodiūt illud. Offer
Juſticie dn̄i recte letificātes cor-
da et iudicia eius dulciora ſuper
mel ⁊ fauū nā ⁊ ſeruus tuus cuſto
HEc ho. Secreta. diet ea.
Hoſtia dn̄e q̄s mundet nr̄a
delicta. et ſacrificiū celebran-
dum ſubditorꝝ tibi corpa mē-
tes qꝫ ſcificet. P. Cō. Paſſer i
uenit ſibi domū ⁊ turt̄ nidum ubi
repōat pullos ſuos altaria tua do
mine uirtutū rex meꝰ ⁊ deus meꝰ
beati qui habitāt ī domo tua ī ſe-
ſclm ſcli laudabūt te. Poſt cō.
A Cunctis nos dn̄e reati
bus ⁊ piclis ꝓpitiatꝰ ab
ſolue: quos tāti myſterij tri-
buiſ eſſe participes. P. Feria
ſecunda. ad ſanctuꝫ marcum
IN deo laudabo uerbū in dn̄o
laudabo ſermonē in deo ſpera-
ui nō timebo quid faciat mihi hō
ps. Miſerere mei deꝰ qm̄ cōcul
cauit me homo tota die ipugnās
Cor. Colla. tribulauit me.
dibus nr̄is q̄s dn̄e beni
gnus infunde: vt ſic̄ ab eſcis

corporalibus abſtinemus: ita
ſenſus quoqꝫ nr̄os a noxijs re
trahamus exceſſibꝰ. P. Lcō
IN diebꝰ illis: libri regum.
Naaman princeps militie
regis ſyrie: erat vir magnus
apud dn̄m ſuuꝫ ⁊ honoratus
Per illū eniꝫ: dedit dn̄s ſalu
tem ſyrie: Erat autē vir for-
tis ⁊ diues: ſed leproſus. Por
ro de ſyria egreſſi fuerant la-
trunculi: et captiuaꝫ duxerāt
de terra iſrl̄ puellam paruulā
que erat in obſequio vxoris
naaman. Que ait ad domi-
nam ſuaꝫ. Utinam fuiſſet do
minus meus ad prophetam
qui eſt in ſamaria: profecto
curaſſet eū a lepra quam ha-
bet. Ingreſſus eſt itaqꝫ naa-
man ad dominū ſuum: dixit
qꝫ ei. Sic et ſic locuta eſt pu-
ella de t̄ra iſrl̄. Dixit qꝫ ei rex
ſyrie. Uade: et mittam litte-
ras ad regem iſrl̄. Qui cum
ꝓfectus eſſet. et tuliſſet ſecuꝫ
decem talenta argenti. et ſex
milia aureos. et decem muta
toria veſtimentorꝝ: detulit lit
teras ad regeꝫ iſrl̄. in hec ver-
ba. Cuꝫ acceperis epl̄am hāc
ſcito qd̄ miſeriꝫ ad te naamā
ſeruum meum. vt cures euꝫ

a lepra ſua: Cumq; legiſſet
rex iſrl' litteras: ſcidit veſtimē-
ta ſua et ait. Nunquid deus
ſum ego vt occidere poſſim ꝛ
viuificare. quia iſte miſit ad
ad me vt curem hominem a
lepra ſua: Animaduertite et
videte: quod occaſiones que-
rat aduerſum me. Quod cũ
audiſſet heliſeus vir dei. ſci-
diſſe videlicet regeꝫ iſrl' veſti-
menta ſua: miſit ad eum di-
cens. Cur ſcidiſti veſtimenta
tua: Veniat ad me: et ſciat
prophetam eſſe in iſrl'. Venit
ergo naaman cũ equis ꝛ cur-
ribus: et ſtetit ad oſtium do-
mus heliſei. Miſit q; ad eũ
heliſeus nuncium dicēs. Va-
de et lauare ſepties in iordãe
et recipiet ſanitateꝫ caro tua
atq; mundaberis. Iratus au-
tem naamã: recedebat dicēs
Putabaꝫ quod egrederetur
ad me. et ſtans inuocaret no-
men domini dei ſui: et tange-
ret locum lepre manu ſua. et
curaret me. Nũquid nõ me-
liores ſunt abana ꝛ pharphar
fluuij damaſci omnibꝰ aquiſ
iſrael. vt lauer in eis et mun-
der: Cum ergo vertiſſet ſe et
abiret indignans: acceſſerũt

ad eum ſerui ſui. et locuti ſũt
ei. Pater: et ſi rem grandem
dixiſſet tibi ꝓpheta: certe fa-
cere debueras. Quantoma-
gis quia nunc dixit tibi. laua-
re et mundaberis: Deſcēdit
ergo et lauit ſepties in iorda-
ne iuxta ſermonem viri dei:
et reſtituta eſt caro eius ſicut
caro pueri paruuli. et munda-
tus ē a lepra. Reuerſus q; ad
virum dei cum vniuerſo co-
mitatu ſuo: venit et ſtetit co-
raꝫ eo. et ait. Vere ſcio quod
non ſit alius deus in vniuer-
ſa terra niſi tantum dominꝰ
deus iſrael. **Graduale.** Deus
uitam meam annunciaui tibi po-
ſui lacrimas meas in conſpectu
tuo. **℣.** Miſerere mihi domine
qm̃ cōculcauit me homo tota die
bellãs tribulauit me **Secundũ**
In illo tempore: **Lucam:**
Dixerunt phariſei ad ieſũ
Quãta audiuimus facta in
capharnaum: Fac et hic ī pa-
tria tua. Ait autem. Amē di-
co vobis: quia nemo prophe-
ta acceptus eſt in patria ſua.
In veritate dico vobis: mul-
te vidue erant in diebus he-
lye in iſrl'. quando clauſuꝫ eſt
celum annis tribꝰ et menſibꝰ

ſer. cuꝫ facta eſſet fames ma-
gna in om̄i terra. et ad nullā
illarum miſſus eſt helyas. ni-
ſi in ſarepta ſydonie. ad muli
erem viduam. Et m̄lti lepro-
ſi erant in iſrl' ſub helyſeo pro
pheta et nemo eorum mun-
datus eſt niſi naaman ſyrus.
Et repleti ſunt om̄s in ſyna-
goga ira: hec audientes. Et
ſurrexerunt et eiecerunt illuꝫ
extra ciuitatem: et duxerunt
illum uſqꝫ ad ſupercilium̄ mon
tis ſup̄ quem ciuitas illorum
erat edificata. vt p̄cipitarent
eum. Ipſe autem tranſiens:
per medium illoꝝ ibat Off.
Exaudi deus orationem meam
et ne deſpexeris deprecationem
meam intēde in me et exaudi me
Munus quod Secreta
tibi domine noſtre ſer
uitutis offerimus. tu saluta-
re nobis ꝑfice ſacramentum
P. Cōmunio Quis dabit ex
ſyon ſalutare iſrl' cuꝫ auerterit do
minus captiuitateꝫ plebis ſue ex
ultabit iacob ⁊ letabit̄ iſrl'. Poſt
Reſta q̄s omp̄s comu.
et miſericors deus: vt q̄
ore contingimus: pura mēte
capiamꝰ. P. Sup p̄p̄lz.
Subueniat nobis domi
ne miſc̄dia tua: vt ab immi-
nentibus peccatoꝝ noſtroruꝫ
periculis. te mereamur prote-
gente ſaluari. P. Feria ter-
cia ad ſanctam potentianam.
Ego clamaui qm̄ exaudiſti
me deus inclina aurem tu
am et exaudi uerba mea cuſtodi
me domine ut pupillā oculi. ſub
umbra alarum tuarū protege me
ps. Exaudi domine iuſticiā meā
intende deprecationē meā. Gla.
Exaudi nos omp̄s Coll'a
et miſericors deus: ⁊ cō
tinētie ſalutaris ꝓpiciꝰ nobis
dona cōcede. P. Libri reguꝫ:
In diebus illis: Mulier
quedā clamabat ad helyſe
um ꝓphetam dicens. Seruꝰ
tuus vir meꝰ mortuus eſt. et
tu noſti q2 ſeruus tuꝰ fuit ti-
mēs deuꝫ. Et ecce creditor ve
nit: vt tollat duos filios me-
os ad ſeruiendū ſibi. Cui dix
it helyſeus. Quid vis vt fa-
ciā tibi: Dic mihi quid habeſ
in domo tua. At illa reſpōdit
Nō habeo ancilla tua quicq̄ꝫ
in domo mea: niſi paruꝫ olei
quo vngar. Cui ait. Uade pe
te mutuo ab omnibꝫ vicinis
tuis vaſa vacua n̄ pauca: et
ingredere ⁊ claude oſtiū cum